

„ Evangelia obedientiam & fidelitatem Gu-
 „ bernio Italicae Reipublicae. Item promit-
 „ to me nullam communicationem habitu-
 „ rum, nulli consilio interfuturum, nul-
 „ lamque suspectam unionem, neque intra,
 „ neque extra conservaturum, quae tran-
 „ quillitati publicae noceat; & si tam in
 „ Diaecesi mea, quam alibi noverim aliquid
 „ in Status damnum tractaris, Gubernio
 „ manifestabo.

Articulus VI.

*Parochi idem juramentum emitteat coram
Potestatis Civilibus a Reipublicae Praeside
constitutis.*

Articulus VII.

*Civilibet Episcopo liberum semper erit super
rebus omnibus spiritualibus, atque negotiis
Ecclesiasticis absque ullo impedimento cum
Sancta Sede comunicare.*

Articulus VIII.

*Liberum pariter erit Episcopis Clericos
constituere, atque ad Ordines promovere
titulo Beneficii, Capellaniae, Legati Pii,
Patrimonii, aut cuiusvis alterius legitimae
assignationis, eos omnes quos necessarios*